



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Ioannes Eleemos. 23. Ianuarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

ignea. Ostendebantur adhac picis, olei, sulphuris liquati & vivæ calcis vis ingens, major minarum tyrannicarum, multò maxima blanditiarū, opumque frustrā promissarum. Viscebantur ergastulorum carcerumque simulachra. Ipsum mare captivum ducebatur, & præter alias devictas urbes Ançyra, Nicomedia, ipsa adè Roma gerebatur, & triumphato triumphos suos erubescet. Currum Ieones (pedes etiam triumphantis lambere edocti) trahebant. Hunc secuta innumera turba est pilata, omnes è Deorum servitute in Christianam libertatem CLEMENTIS virtute asserti. Tot cæli cives servati totidem Servatori suo coronas porrigebant, addidit cælum triumphalem, Angeli plausum, & carmina. Nos ignavi triumphos laudamus, & pugnas hortemus. Ex Surio.

*Quisquis gaudes fortiter egisse Martyres Christi,
corripe & ipse arma inter milites Christi. desunt
exterius hostes? verte arma in te, & multos seditio-
nos invenies cives. Domus superbiam, jugula invidi-
am, extingue libidine, crucifige carnem tuam cum
vitiis & concupiscentiis. B. Pet. Damiani. serm. 31.*

S. IOANNES ELEEMOS. 23. Januarij,

CVm annum ageret XV. IOANNES, misericordia divina manifestâ in luce sponsam se ei obtulit. Annuit continuo. Et ratum conjugium Superi habuerunt, dotemque addiderunt, tam opulentam; ut semper deinde haberet, quod in egenos effunderet. Archiepiscopus jam Alexandrinus lustrum egit clientum suorum, hoc est, pauperum, numeravitque septies mille & quinquaginta, quibus omnibus deinceps in singulos dies victimum subministravit. Sed nec ulli alii piam manum

manum unquam subduxit, ut meritò id certaminis cum D^eo suscepisse sit visus, plūsne hic dare, an reddere illi posset. Munificentiam vel ex eo vide, quod ultimum ægrotanti unicus super teruncius fuerit vix naulim morituro, Ipse in testamento sui tabulis reperisse ingenè se fatetur in ætrario auri pondo octies mille, & hæc decies millies, & amplius aucta dilapidatæ se in pauperes gloriatur. Anno igitur D. XCII. è corporis ergastulo in patetum abiit, quod pīx ipsius munificentie struttū in cœlo Troilus vidit, & verò invidit postea, cùm tam bonæ prodigalitatis æmulus est factus. Venienti obviam IOANNI sua è cœlo Sponsa processit cœlestis aulæ cubiculario comitata, manuque peramanter prehensum ad D^ei conspectum deduxit. Ipse IOANNES nec mortuus sibi dissimilis, oleo, quod è tumulo suo dedit, in miseros mites esse perrexit. Ex Surio.

Nihil aliud, qui conversaris in seculo, exigit à te Deus, quām ut mandata illius custodias, proximum diligas. Et pauperibus alimoniam prebeas. Eroga igitur inopiam patientibus, quod tibi præstatum est, ut in celo recondas thesauros imprædabiles.
B. Laur. Iustin. de complanet. Christ. perfect.

S. I L D E P H O N S V S E P. 23. Ianuarii.

Debemus hoc fidus (ILDEPHONSVM) Hispanie, in quā ortum ad nos usque (uti ferè solet virtus) radios transmisit. Iuventam egit in Musarum familiaritate, quibus propitiis magnam eloquentię laudem sibi comparavit. Ab his in adyta sanctioris sapientię se penetravit, sustinuitque inter monachos repuerascere grandis discipulus. Ab his ad insulam Tolitanam abstrahitur, tam orbis quām